Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXII.

25. Martij. 8. Cal. April.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295

Visual Library

victus, & parſimoniâ & vilitate tenuit. Corpus te accepiſſe ad torquendum, inſtar mancipij, non demulcendum, rata, adeò ad frenorum patientiam aſſueſeciſti: ut cùm animus in cœleſtia nunquam non eſſet intentus; ante ſuam mortem ſenſibus exuta videri potuerit.

Cura de anima.

Plerique mortales, ſanè noſtri nominis obliti, cum hoc mundo inſanimus: dum cultum curámque, quam animæ debemus, corpori impendimus. Fac, ô prudens virgo, ut tecum meliorem partem eligam.

S. BERNARDUS, ſer. 23. in Cant.

Ornandus homo interior.

Omnis cura ſanctorum, ſpreto ornatu cultúq; ſuperfluo exterioris ſui hominis, qui certè corrumpitur, omni diligentia ſe præbet, & occupat excolendo, & decorando interiori homini, qui ad imaginem Dei eſt, & renovatur de die in diem.

25. Martij. *8. Cal. April.*

Obijt circa annum 1191.

BEISO, vir eximiæ ſanctitatis: qui ex Claravalle in Friſiam, patriam ſuam, miſſus, Monaſterium Claricampenſe

penſe primus ſub regiminis tutelam ſuſcepiſti: atq; ut virtus nunquam ſolet eſſe ſterilis, intrà triginta præfecturæ annos, ſingulis ferè luſtris novum è gremio tuo fœtum effudiſti: plures geniturus, niſi te mors juſſiſſet à labore quieſcere. *Inepti, ſi non iniqui, ſumus laborum æſtimatores. Tædioſus eſt vel leviſſimus labor, qui pro Deo, pro cœlo tolerandus occurrit. Cùm interim pro rebus inanibus, pernicioſis, ac ſtolidis, tanquam in palæſtra ſudare non pigeat. Tu doce me omnes labores meos ad æternitatis libram ponderare: nunquam nocivi, aut graves erunt, ſi hoc pondus accedat.*

Labores pro cœlo impendendi.

Obijt anno 1164.

B. BLASI, Abbas Hortenſis in Hiſpania: cujus ſanctimoniam veluti terrarum principes venerabantur, regendíque ſummam mirabantur prudentiam: ita cœnobium tuum cum ampliſſimo ſuo incremento expertum eſt: dum ingentibus Regum donis, & Indultis Pontificum auctus, illud ex loco inſalubri ad commodiorem ſitum tranſtuliſti: ac relicto filiorum numeroſo, nec minùs ſanctiſſimo cœtu, ſenex emeritus ex hac vita migrâſti. *Regendi ſcientia præclariſſima eſt, frequens de ſeipſo victoria. Hanc tu mihi cælitùs impetra: ut imperij mei domeſtici invaſores, deſideria prava, fortiter expellam.*

Victoria de ſeipſo.

S. BERNARDUS, ſerm. 31. de diverſ.

Appetitus refrenãdus. *Oportet ergo reprimere, quem extinguere non poſſumus, appetitum: ut quàm citò cubile noſtrum ingreditur, creſcere eum nullatenus patiamur: ſed ſit nobis, quemadmodum dicit Scriptura: ſubter te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius.*

26. Martij. 7. Cal. April.

Obijt anno 1440. B. PETRE Marginet: qui Populeti in Catalaunia ſuſcepto Ciſtercienſi habitu, magnam ſpem feciſti inſignis aliquando in Religione profectûs. Sed vixdum Vota emiſeras, cùm ſuaſionibus diabolicis irretitus, arreptâ fugâ, miſerè te in criminum cœno volutâſti. *Deſerit monaſterium* Nam prædonibus mixtus, mox eorum anteſignanus, latrocinijs ac ſtupris vitæ prioris candorem turpiter corrupiſti. Rurſum verò Divinæ miſerationis lumine in cor tuum illabente, reſipiſcens, ſponte ad monaſterium reverſus, injunctas carceris diuturni, & verberum pœnas, non ſolùm prompto excepiſti animo: ſed eaſdem cilicijs, catenis, in- *reſipiſcit, & ſeri- a ...git*

edia